gito. et deficerem si non eēt spes in deo. et post eum in vobis amande pater et in alijs fratribus vestre religionis de quibus sperandum rationabiliter esse censeo q̃ non crudeles sunt. nō indiscreti vt perdere sinant animam pro qua domin⁹ mortuus est. et quam tanta concordia secum assumendam post longas p̃bationes decreuerunt. Credat igit per omnia se et sua vestro consilio sicut creditum esse confido. securus reddor nō peribit. nec pereat obsecro precor et supplico. Sed habeam in eo oratorem perpetuum apud deum. in quo bene valete. memineritq̃ mei peccatoris. Scriptum Parisius in nocte conceptōnis virginis Marie gloriose.

Sequitur alia epistola ab eodem edita.

HTtulerūt eximie charitatis vestre littere nō paruum leuamē infortunio meo sicut spero felici. Est enim flagellum patris misericordiarū. quod vsq̃ mō vere supra spem et omne meritum meum temperauit. Fecit enim cū tentatione prouētum vt possem sustinere. Gratias igit vestre benignissime pietati que compassionem prestitit taliter flagellato. q̃ plena cōsolationē documenta superadidit. que demum p̃ronijs qualia nec vsurpo mihi nec eis me dignum censeo pregrauauit. Sic plane sic decebat sapientiam professos. vt vnum e consortio suo quanq̃ abortiuum quia tamen in tribulatione positum solarentur. Nec etsi absq̃ vlla fictione cum laboribus plurimis et expēsis olim iam conatus sum debiles humeros meos et fragilitatis sue consocios subducē oneri tanto cancellarie parisienſ. et in alium gradum trāsferre nihilominus inegressibili quodam laberinto circumactus. et quasi posueris pedes meos in rete et in maculis eius ambulem. confusus sū ab expectatōe. sentioq̃ illud terentianum q̃ nō licet hominem sepe esse vt vult Mādatus sum quippe ab illo cui post deum me et oēs operas meas debeo: dōm meū dominum burgondō loquor. cuius vtinam aliud circa me pro me modestius humilius salubriusq̃ consiliū extitisset. ignoscat deus id ipsum cōsulentibus. Ibam obediens. sed impediuit iter meū qui olim asine Balaam obstitit et interim ab executione officij cancellarie me spontaneum illud etiam prorsus deserere paratum. tamen illud pro obedientia exequi volentem suspēdit. in qua re facio quod mandatis. neq̃ aliud pro nunc subesse video et substituo enim pro exercendis omnibus que presens agerem cum solennitate factum mitto. Bene valete mei memores in orationib⁹ vestris. Scriptū brugis. xxvij. aprilis.